

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Epigramma de Christo recens nato Joachimi Flemingi.
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodorij Gorlicio
- VII. Theophrastus Epigramma ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestanae neresbun M. Teti a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus Epigramma ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolpho Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Desbuensem Carmen Epigrammatum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vbici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami.
- X. Bulla Amuleti M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigrammatum Cerevisiae Servestanae Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio a Callemnys
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis.
- XXVII. Theophrastus Epigramma ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Gualtero
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Stessenis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisberi
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johannis Amlingi Nicolai May.



GEMMARUM ENNEAS

Sive

STRENA POETICA

IN

APOLLINARI NOVEM MUSARUM CONSESSU

humillimè porrecta

Illustrissimis ac Generosiss, Principibus ac Dnm.

DN. JOAN-CASIMIRO

Et

DN. GEORGIO ARIBERTO

αυταδέλφοις

Principibus Anhaltinis, Comitibus Ascaniæ,

Dominis Servelstæ & Bernburgi &c. Dominis

suis elementissimis;

CHRISTOPH. HEROLDO Martisp.

Art. & Ph. M.

OCTOSTICHON DEDICATORIVM

ASCANIÆ STIRPIS JOAN-CASIMIRE columna,

O & lux Patrj GÖRG-ARIBERTI poli,

Subvolat in vestram Gemmarum hæc Enneas arcem,

Atria DESSAVII quâ radiosa jacent.

Vos ô clementi munuscula Poëtica fronte

Sumite, quæ Sirenæ more & honore dedi.

Sic, qui nunc aditum meditatur, suaviter ANNUS

Vos bect, ac Cornu copia dives alat.

Mense Decembri jam proclivo in Januarium

Anni novi,

quo

En DoMVs AsCANIæ, tristi sine nVbe, Vigebit

DMCVIIIIV

VII



IN EFFIGIEM

Illustris. Princ. & Dn. D. JOAN-CASIMIRI, &c.
ANAGRAMMA DUPLEX.

I.

JOHANNES CASIMIRUS.
AH IS SINCERUS ANIMO!

2.

IOHANNES CASIMIRUS PRINCEPS ANHALTINUS.
AH, NISU IS INSONS, PLENÈ HIC CURANS PATRIAM.

Seneca lib. 1. de Clement.

Unum est inexpugnabile munimentum AMOR CIVIUM,
quid pulchrius est, quàm vivere optantibus cunctis?

„ **R**egula **RECTA** fiet vel amussis, si quid ad illam
„ **Debet adequari: PRINCEPS** sic criminis exfors
„ **Esto, ad quem populus se dirigit omnis. An addam**
Principis Effigiem tanti? Spectetur in Aulâ-
Dessavij JOAN-CASIMIRUS, amabile GENTIS
Sidus ANHALTINÆ. NISU IS SINCE-
RUS, & INSONS

AH ANIMO durat, **PATRIAM** (ceu Curtius alter)
Hic CURANS PLENÈ q. fovens! Non gestit homullis
Ille præesse suis modo, sed prodesse; datosq;
Non cives tantùm sibi, sed quoq; civibus ipsum
Se putat esse datum; Privis communia præfert
Commodas; Et hinc vivit cunctis optantibus: Omnes,
Vivat io vivat **PRINCEPS**, uno ore precantur.

C. H.



N Pindum nuper me doctus **A P O L L O** vocarat,
Lactis ubi nectareo vatibus ora rigat,
Percitus accessis; quasivi postmodò, quid me
Poscat! an ad Claria pleetra cienda lyra!
Phœbus ad hac: Nostris insculpte **HEROLDB**
medullis,

Arripe nunc calamum; mellea prome mele;
Mellea prome mele, **STRENÆ** pro more, **DYNASTIS**,
Qui Musas calidè justiciamq; colunt;
Quos inter mirè **STIRPS ANHALTINA** coruscet,
ARCEM DESSAVII quæ pater **ALBIS** adit.
JAN-CASIMIRUS ibi **PRINCEPS** & **GORG-ARIBERTUS**
FRATRES, cœlesti Stella gemella, micant.
Musas intexas hos peplo, ut præpete posthac
Carminè per geminum Solis equile volent.
Subjeci mox: Phœbe, nimis sublimis mandas;
Scis, Phœbe, ingenij dona pusilla mei,
Mecum habito, & novi, quàm sit mihi curta supellex;
Hei mihi, Maonij buccina vatis abest.
Quàm cuperem metris Heroas dicere tantos,
Quos Dessavæ suspicis ora Throni,
Abstrahit invicem Latij sermonis egestas,
Ne plene attingi meta cupita queat:
Sed tamen, ut potero summatim attingere, tangam;
A me Principibus Strena duobus erit.
Accelerate sacra nunc ad mea caepa, Camœna:
FRATRUM PAR GEMMIS adsimilato **NOVEM**.
Incipe tu **CLEIO**; Soror ordine quaq; sequatur;
Auditor calamo metra notabo meo.

Hæc ubi fatus oram, Diva accessere, summq;
Narravit **CLEIO** sic animosa melos.

I. **CLEIO**

Illustrissimum Principem & Dn. D. **JOAN-CASI-**
MIRUM, &c. comparat
ADAMANTI.

Fortibus & justis fortes justiq; creantur;
Proli implantatur vis generosa patrum.

Mascula

Mascula sic superest nunc à JO ANNE-GEORGO

Progenies, prisci lux geminata laris.

Si frontem videas Fratrum, pralucet imago

Indolis, estq; annis plenior ipsa suis.

Maturè apparent, quae sunt praestantia; parvis

In cunis etiam proditur ingenium.

Hoc erat, à pueris Priamus quod in Hebtore vidit;

Prospexit Pelèus hoc, in Achille, senex.

ECquid de JANO-CASIMIRO Principe fabor?

Virtus hinc omnis glutine juncta coit.

Nam licet is teneris stet adhuc in floribus Hebes,

Robur alit vegeto corde virile rament.

Hinc ADAMANTA dabo, STRENÆ sub schemate, Eidem:

PRINCIPIS en dotes gemmula dicta refert.

Ceu cunctos Adamas eludit fortiter iclus,

Nec ferri curat Muliberisq; minas,

Eludit Princeps sic eliditq; JOANNES.

CASMIUS brumam Sortis, atroxq; malum.

Floreat ut Pietas, magnum impertire laborem

Instat, & anticipes pertolerare vices.

HEROI ó durent adamantida vincula vita,

Inq; ANNO surgant prospera fata NOVO!

2. CALLIOPE

Illustris. Principem & Dn. D. GEORGIUM ARI-

BERTUM, & c. confert cum

PYROPO.

STrena PYROPUS erit, quam GORG-ARIBERTUS habeto

A me, Calliopes perstet ut inde memor.

Haud inter reliquas est infima Gemma PYROPUS;

Obscurâ Purum nocte dat illa jubar,

Quid? mala vi tacitâ quoc; senfa exterminat intus,

Ne quas radices turbidus error agat.

Taliter hic HEROS meditatatur honesta serenus,

Quets prodesse foris postet atq; domi.

Torquet inutilibus nunquam praedordia curis:

Quae placeant justo, cogitat ille, Deo;

Cogitat

Cogitat, utibilem regnandi discat ut artem,
Ascanios valeat quâ stabilire focos.
PRINCIPIS hinc poterit tenebrescere gloria nusquam;
Noë sed in mediâ Fama PYROPUS erit.

3. ERATO

DN. JOAN-CASIMIRUM, &c. comparat
MAGNETI

Q Vam nimis id verum! Lacrimoso hoc tempore Pallas
Pallet, & heu vatam pristina fama famet.
Ponderat haud nostros plebs aquâ lance labores,
Temporis & tenui damna rependit ops.
Annos cur ERATO multos ego transigo cœlebs?
Non dos, debueram quam numerare, mihi est.
Res ut ut hæc habeat, non desperabo, JOHANNEM
CASIMIRUM superi dum superesse sinunt.
Masarum siquidem pius is laudatur Achilles,
Quas inconcussa curat amatq; fide.
Quidni igitur MAGNES vocitetur jurè? Trahendi-
Vis huic Heroi mira potenter inest.
Ut ferrum Magnes, ita alumnos Palladis omnes,
Ac ad se doctos attrahit ille viros.
Hinc duraturi nunc robur honoris eundem
Prosperat, annorum quod fuga nulla domat.
NE vis attractrix fortè evanescat in ipso,
O PARCÆ posthæc * Allium abesse velis!

4. THALEIA

DN. GEORGIUM ARIBERTUM &c. confert cum
SMARAGDO.

E Cce Thaleia GEORG-ARIBERTO dono SMARAGDUM;
Sirena sit auctori grata placensq; meo!
Nullius ad spectus quæ suavior esse coloris
Illo, quem viridis gemma SMARAGDUS habet.
Huius nempe viror visum confertat anænis,
Inq; oculis nubes, vel tenebrosa, nec at.
Adde, quod Herculeo potis est ob sistere Morbo,
Motibus, heu, cerebri qui violenter obest.

* Magnes
Allio con-
fricatus
vim tras
hendi a-
mittit.

Plin. 1. 35.
c. 5.

Casp. Peus-
cerus de
Sympathe

Fallor?

Fallor? an ad spectus generosi Principis illis
Omnibus est gratus, quos beat artis honor?
Eugè! Per hunc reperent Heliconia prata virorem;
Nec sterilia nostra Palladis hortus erit.
Gestiet usq; aded motum bis renovare cerebri,
Quos scit communi proforo sapè Bono.
O longùm vireat Princeps tam mitis! in ANNO
Obveniant ipsi commoda mille NOVO.

5. MELPOMENE

DN. JOAN: CASIMIRUM, &c. Anagrammaticè comparat
SAPPHIRO.

IOHANNES CASIMIRVS PRINCEPS ANHALTINVS,

^{αυαγρ.}
HIC SANE CLARVS, IN ANIMO SAPPHIRVS NITENS.

SAPPHIRO ASCANIUM quid si decoravero JANUM-
CASMIRUM? Caussa res ea cassa fuit!

Non reor. HIC CLARUS SANE, SAPPHIRUS ne ingens,
IN ANIMO Princeps dicitur esse NITENS.

SAPPHIRUS vetitas Erycina stinguere flammam,
Motus ac nimios tollere Amoris avet.

Mororem minuit, dominatur fluctibus Irae,
Ne mens adfectu diluviata cadat.

Sic JAN-CASMIRUS, gyro Rationis & Aequi,
Adfectus animi scit cohibere sui.

Non res adversa timidum, tumidumvè secunda
Hunc faciunt; Sortem discit utramq; patit

Illicitam nescit Venerem, neq; vela dat IEO
Tristitiaque; nihil praecipitanter agit.

Principis haec justis nota non-verba creditur, in quo
Judicij melior vis aciesq; viret.

6. TERPSICHORE

DN. GEORGIUM ARIBERTUM &c. confert cum
SARDONYCHE.

Sardonychata GEORG-ARIBERTO Sirena Dynasta
A me (doctifens suasse Apollo) datur.

SARDONYCHIS virtus est laetificare cor, hincq;
Firmior internum debilitare motum!

Terri-

Terriculamentum noctis lemuvesq; nigrantes
Arceat, ne somnum somnia crassa foveant.
Sic læto Princeps constat sibi pectoris astu,
Seriis in capis propositiq; tenax.
Utiliter recreat tristissima corda clientum,
Nox. Injustitia quos latebrosa premit.
Qui juris speciem furatur, ead; misellos
Territat, hunc surdâ respuit aure PLANUM.

7. EUTERPE

DN. JOAN-CASIMIRUM &c. comparat
HYACINTHO.

Quam JANO Srenam CASIMIRO trade? HYACINTHUM?
Quâ datur haud Gemmâ gemmula nobilior.
Hæc Cœli ad faciem se conformare laborat;
Nubila sit, subsunt nubila quando polos;
Fitq; serena, aër cum surgit ab æthere purus,
Nimirum Cœlo serena colore suo est.
Æquus idem dubitet de Principe dicere nostro?
Non hic terronas spectat hianter oper.
Erigit os sursum, vultumq; ad sidera fletit;
Possessor. Cœli quod jubet, buccæ lubet.
Ad Fati nutum se scitè attemperat omnem,
Et atemq; supra (dos ea mira!) sapit.

8. POLYHYMNIA

DN. GEORG-ARIBERTUM &c. anagrammaticè confert cum
ASBESTO.

GEORGIVS ARIBERTVS PRINCEPS ANHALTINVS.
ἀναγρ.

IN RE PLANVS ASBESTI VIGOR, HINC PERGRATVS.

STRENA sit ASBESTUS, quam mittere GORG-ARIBERTO

Ascanio, teneor cujus amore, placet.

ASBESTI PLANVS VIGOR IN RE-Principis hujus

Promicat, argutè ceu Metagramma docet.

Omninò Asbestus mirabilis esse lapillus.

Proditur; Est ferri lividus huicce color.

Si semel accensus sit, nullo extinguitur avo,

Sed radios servat tempus in omne suos.

Non

Non dispar virtus, non dispar flamma GEORGI
EST ARIBERTI, in quo PRÆSENTIS imago BONÆ.

Hic semel incensus Fidei & Pietatis amore
Excudit haud flammam, cordis ab arce, suam.

Æternum flagrat divini Flaminis ignis,
Justitia curam mente calente gerit.

HINC PERGRATUS erit; Dum luceat ab æthere Titan,
Herois Pietas plena nitoris erit.

9. URANIA

DN. JOAN-CASIMIRUM Sc. comparat
IASPIDI.

Representatur gemmâ sub JASPIDE JOAN-
CASMIRUS, radians stemmatis umbo boni;

Dira venena fugat retrahiq; à pectore JASPIS,
Hydropisq; audet mitigare malum;

Cuncta venenata spernit sic toxica lingua

Hic Princeps; rabidos respuit Archiloschos;

Exili sannam sciolorum posthabet ossi,

Cum foveat cerebro, nil tripiata suo.

Hydrópem mentis (Fastum hinc intellige) vitat:

Heroâ ludit sub gravitate lepor.

Verberat haud torvo morosus lumine Musas,

Nequaquam Timon est rigidusvè Cata.

Subiectos minimè, mente inclemente, fatigat,

Sed fidum Patriæ se probat esse Patrem.

Quid multis? vigilat pro Legis flore Gregisq;:

O paret huic ANNUS gaudia multa NOVUS!

EPILOGUS AUTORIS.

HÆc metra de JOANO-CASIMIRO & GORG ARIBERTO
FRATRIBUS Aonides concinuerè novem.

ENNEAS, opto, diu GEMMARUM in utroq; coruscet;

Neutrum Parca ferox opprimat, ante diem.

Pestilis ô cedat contagio, bellaq; cedant

Marcia; succedat Pax & amica Charis.

Sic suavi Ithoram venerabor carmine, donec

Sanguinea in nostro guttula corde calet.

F I N I S.

Hoc etenim felix pactus dicitur BEATISS
Ante obitum hanc nemo funus & ante potest.

ALIVD.

PRO SPONSO.



Victima pura sacras hodie ducatur ad aras
Quam qui conficiet mille-BEATISS eris.
Victima pura, cui macula nihil haret in omni
Corpore, virgineo corde nec ulcus olet.
Ara sunt thalamus. Hermannia victima Virgo
Quam tu conficies mille-Beate Simon.

Conficies palpante manu, limante labello,
Et (quod permisit JOVA) calente sinu.
Jam suggesta Domi tibi sunt, & amabilis Ara
Pulpita; Nam Templo est vestra sacra DOMUS.
Ergo doce, solare, mone, pro tempore, pro re,
Promodulo atq; joco, pro studio atq; loco.
Audi Symysta quoq; dogmata blanda puella
Et sequere, & monitus disce animose stios.
Sic qui aliam docet & ducit sese instruit ipsum,
Tu Superintendens esse memento vamen.
Pompifices alias fiunt aliquando Puella,
atq; Inspectori adia mille creant.
Uxor esse etiam DOMINAS efferre Maritis,
Sunt quibus in mundum resq; fidesq; venit.
Qui ventur, cavisse nimis, superintendisse
Plus nimis, in technas saepe venire tamen.
Sed Tibi non hujus Timor aut res ulla pericli est,
Sas sero; namq; Tibi ducitur instar Ovis,

B

In

*Instar Ovis, qua se meminit quod victima purè
Nata tibi purum ducitur ante torum,
Quam tu perge manu purâ puroq. labello
Atq. sinu puro ritè fovere tuo.
Hinc odor ante Deum superas halabit in auras
Quem desor aeternæ deniq. Laudis alet.*

ALIVD EIDEM.

NEmpus adest tandem, quod votis mille moranti
Optavi, nuptate penetrare torum
Qua lectum foveat, foculum qua sternas, &
ades
Augeat, & nomen prole frequente tuum.
Ergo trium falem de Te licet edere cantum
Virgineumq. forum foemineumq. torum
Juncte, & munitate. Divi mea cœlibis avi
Pars erit, & nostrum nesciet umbra domum,
Umbra, molesta satis securâ, ad cuncta Puella,
Qua facit insomnem prole recenta Virum,
Eja simon tales procul abs te pelle timores
Causa fuga venit, pausa fuga veniat.
Sat jam cessatum est, sat solibusq. rotatum est
Inspondâ, sponsâ consocière piâ,
Na! non conducit dormire hoc tempore solum,
Plus valet à sociâ cum calet ille torus.
Ipse adeo tandem jam tempus adesse fateris
Quâ tecum pariter pulchra puella cubet.
Pulchra satis (nam pulchra nimis me dicere non est
Ne! qua pulchra nimis Virgo, ea casta minus)

Pal.

Pulchra satis (nam pulchra nimis me dicere non est,
Ne morbo & senio Forma, coacta, peris.)

Pulchra satis, nam casta, modesta, pudica Virago, &
In quâ reres est, à Pietate sat est.

Sed quid egò frustra cum Sponso fabulorè audinè
Quis strepitus? quid plebs spûsa videre vultè

Sponsa petit Templum, Mantelum cinge, sequemur,
Queis serates gressus pravia fert Pietas.

Salve hospes, tecum sermonem capulo, votum
Miturus sponsis ad pia festa novis.

Nunc adeo manus endo manum sese implicat Arane
Ante Dei, & fœdus non resolubile init.

Poplitibus flexis jam vota marita leguntur;
Jam discunt Legem Fœmina Virgè Dei.

Nunc iterum Tempus Sponsalia testè subire,
Instravit Mensas Bacchus & alma Ceres.

Promus ait: quin convivæ discumbitis? Ab quid
Moris id est è fieri præ residendo moras.

Nam vos expectare dapes vidistis. Adeste,
Arripite, in mensâ non decet iste pudor.

Carpite se: Potina opus est, seu dulcis Edusa,
Hoc est, quod Sponsis Sponsaq; pulchra rogant.

Mittite lætivi vos pocula mixta per Orbem,
Absit ab his sacris, qui velit esse sophus.

Sic bibitur, sic eximitur merus ardor edendi.
Jam spectant chorea vos juvenile decus.

Jam pridem pulchra consur rexerè Puella,
Sistit faminei seq; catena chori.

Quid geritur Juvenes innupti? tardius itis;
Ite, sibi Dominam selige quiq; suam.

Mirer ego, nisi de tot comitis una Dianis
 Uni est inventa, aut invenienda magis,
 Eja agite, o pedibusq, leves animisq, procantes
 Virginibus gratum ducite quisq, chorum.
 Sed tamen in ductu modus esto: ducite castè
 Rectas & castas queis procul est levitas,
 Quàm cito furvescit! quam se citò Vesper Olympo
 Precipitat, noctis qui jubet ire moram.
 Tandem tempus adest, calidos qui jungat amantes
 Serus Hymen, eadè jam gerit in thalamum,
 Virgineos jam mitte choros, Neonympha, vocaris,
 Est qui conventam te cupit, ecce torum!
 Quas nectis remoras? Gravis exspectatio crescit,
 Illi, conventam qui cupit, ecce torum!
 Jam bona verba pravit Hymen solabilis. Eja
 Par bene compositum degite compositè,
 Dum vacat etates feliciter exercete
 Et crebrâ vestram prole replete Domum,
 Sic occlafit Hymen thalamum, Sed pesulo Honorum,
 Pax foris, intus Lis fervet amoripara,
 Gratia luctatur puro commixta Pudori
 Prosperitasq, ferax dulce Hymenèia canis.
 Talia sacra DEUS qui sanxis numine firmet:
 Saligioq, velit fausta Hymenèia meo.

JOHAN: BLOCIUS.

CHRONODISTICHON

continens annum, mensem nuptiarum,
 EXorta eni vel nVncter bls qVnta NoVeMbrls
 LVX, vt SALLICHIO bella pVlla Venle.
 M. PETRUS SALICHIUS, junior

VII. Sa-

VII.



Alichio Neonymfe toro fate gau-
 (dia multa
 Dat tibi Moschopolis foeta vi-
 raginibus.

Nā tibi quam decorant pietas & amœnior Hebe
 Omine præcipiti jungit & ungit herā. (ore,
 Sic agis id quod agis, quod & est tibi in aure vel
 Dulce ruas ut & hinc fortis ad antra tuæ.
 Gratulor & tibi tale melos cano, quale mihi ipsi
 Si simili canerem forte foverer ego.
 Det Deus ut tibi quæ jam nexu corporis hæret
 Nexibus & cordis hæreat illa tui!
 Sit sine lite torus! crescat cum vite! sinister
 Dispereat clamor, regnet & undiq; amor!
 Rore, suo cum flore, nite, sine felle sit unum
 Velle, procul sit Eris semper at adsit Eros.
 Hæc video non in viduo ventura, quod ipsum
 Et precor. Hæc animi sunt pia vota mei.

*Affinitatis & benevolentia sincera Ergo
 apponebam hæc
 gratulabundus.*

M. VVERNERVS DENSKIUS
 SS. Theol: Stud:

B;

VII.

VII.

Αλλων ἄλλα Φίλων πῶς σε γάμον ἐμπονεόντων,
 Νύμφιε τῆς ἱερῆς μύσας διδασκαλίας,
 Ταύτην ἠνίδ' ἐγὼ μετέφρασσα γαμήλιον ᾠδὴν
 Ἑλλάδι τε γλώτῃ, ἑξαμέτροις τ' ἔπεσιν.
 Ἄττα προφήτῳ ἀναξ πρὸς εὐσεβέοντι ἀείδει,
 Σοὶ γαμεῖν τε Σέθεν κηρόφιν εὐχόμεντι.

Αμμάκαρ ἴδιν ἀνὴρ πᾶς ἢ πανόλιον, ὅστις
 εὐσεβίῳ μετέπων καθαρῆς συνεχῶς πρὸς ἀπίθεσι
 παγκρατέοντα. Ἐὐὐὐ τρομάει, ἢ τῶδε κελεύθῳ ἴς
 ἴσπελα ἐνδουκέως, ἀλιτήμονα εὐσεβέοντι
 Ἄνερτι ἀτραπιτὸν παλιόθεναι αἰὲν ἀλύξας.
 Τοῖσι ἐὼν χειρῶν νυ τεῶν καμώτω τε πόνοι τε

Πλῆστον ἐτοιμάσεις ἀνὰ κέα, εὐπρωγίης τε
 Ἡδ' εὐδαιμονίης φρενοπρπέτι ἔμμορτι ἔοση.
 Πρὸς δ' εἴη Σῆ μέλαι ὀμοδέμνιτι ἔμμορτι ἀκοιτις
 Ἄμπελτι ὡς γλυκύκαρπτι ἐν οἰνοπέδῳ τιν' αἰλῶν
 Βότρυσι βεβρηθῆα πόν κυκλάζα μέλαιθρον.
 Σῆ θυμῆρα τέκνα εἰλαίαις τηλεθαύσαις
 Ἡκελ' ἔσανται ὀμῆ ξεσην Σέο ἀμφοὶ τράπεζαν.
 Ἡνίδε τοῖσι τελέθει πᾶς ἢ τοσαύτῳ
 Εὐλογίῳ λάχεν, ἢ ψίστοι τῶ δέμα μέμηλε.
 Ὀλβιά σοι νήριθμα Σιῶντι ἀπαὶ κορυφῶν
 Κοίρανος εὐμυθῶς πορεύει, ποτὲ ὡς πρὸς λεύσσης
 Εὐοδίῳ ἱερῆς ἀλῆς βιοτόιο ἀλήκτως
 Ἡμαῖα πάντα τεῶ πολλῶ σὺν γήθει, τῶσπε
 ἕξ τ' ἕωνῆς τε ἀπειρεσίῳ τε γενέθλι.
 Εἰρήνη τε φυλάξαι ἢ ἡσυχίη χαρίεσσα
 Ἰσραήλ τεκέσσι διωσκέσσι αἰὲν ὀπηδοῖ.

Τόστω εὐπρωγίῳ ἐνηλαίᾳ τε πᾶν ἔργῳ ἱερῆ
 Ἄμφοῖν συζυγίῳ δόσῃ ὁ ΠΑΜΜΕΔΕΩΝ.

M. THEOPHILVS CANGISER.

VIII.

Quisq; sue sortis faber est: nemo ergo dolebit,
 Auctorem quando ferre cathena tenet,
 Icarus infelix medio sublimior ivit,
 Fecit & è proprio nomine nomen aque,
 Dum patrijs Phæthon fertur per inane quadrigis,
 Fumat & in cineres mox resolutus obit
 Contra fata Deum Mavortem Turnus amavit,
 Post moriens nigram sanguine tinxit humum.
Felix alterius quicumq; dolore quid usus
Postulet ingenio fertilior videt!
Stultus ab eventu quæ sint fugienda notabit,
Innumeris sapiens casibus aptus erit.
 Nec te Docte SIMON terrent hæc dicta? laboris
 Instauras potius vim duplicare tui?
 Annon ingenium satis aggravat illa diurna
 Functio, quam Pietas imperat alma tibi?
 Ultro nocturni cur temporis appetis æstus,
Frangetur, tensus si nimis arcus erit.
 UMBER ait: Si vis tibi vim paritare negotij,
Sit ratis emta tibi conjugiumq; pete.
 Annon sollicitat propriæ te cura peculi?
 Quæ tibi vicini tactio præinde gregis?
 Annon Pontificis te tangunt fulmina? qui vult,
Sis cautus, castus se minus esse potes.
 Annon Euripidis sententia nota Poëtæ?
 Virgine deterius qui putat esse nihil.
 Hæc Senecæ scelerum fons est & causa malorum
 Ut si quis tenter vincere, Vanus erit,
 Implicat illa virum curis pauperçula si fit,
 Dives tortura est, quam benè ferrè nequis. Heu

Heu quotus argenti scelerato captus amore
 Accepit dotem vendidit imperium!
 Nec solet esse Viro conjux formosa fidelis,
 De formem pœnæ concomitatur onus.
 Et non est nisi cum moritur sine lite secundus,
 Hac cum jueundus vix solet esse dies.
*Decipulam haut caveas quamvis cavisse labores,
 Cum cavisse ratus compeda cautor habet.*
 Annon pensasti Sponsæ cognominis omen
 Quid vehat? evictum vult domitare virum.
*Tute hoc intristi, soli tibi restat edundum,
 Audacem certus te jubet esse metus.*
 Sed quo me rapiunt isthac convitia? non tam
 Projecte nuptus conditionis homo est,
 Tenvia sunt & quæ lenis vel Spiritus omnia
 Diffaret, vulgi nomine dicta mihi,
 Non indiscretè taxant ea crimina sexum
*Femineum, paucis hæc nota jure datur.
 Devita extremum, medio cutissimus ibis
 Extremum Virtus inter utrumq; enicat.*
 Nulla malo bonitas caret: at si detur eorum
*Mixtio, quæ profint, num reprobare velis?
 Ex igni torrem quis tam vesanus? adustum
 Tractet ubi flammæ vis operosa sedet.*
 Sic quoq; tollatur Sors quæ tolerabilis ausa
 Quem Rosa, delectat pungere spina solet.
 Scilicet humana res nulla ita commoda vita
 Quæ te non possit ledere nisi caveas.
 Omnis supplicium vita est, & perpete curâ
 Jactamur, dum nos mors sicilicet metat.
 Flamma nocet, vini non paucos suffocat usus,
 Nemo potest flammâ, nemo carere mero:

ER.



ERGO fer sperans nimium nec fide secundis,
Scis quam præpopere qua valvère ruant.
Nec demitte animum, si qua fuit apta, recedat
Hora, mali patiens post poticre bono.
Nil adeo miserum fecit fortuna novercans,
Ut non læta iterum mitiget aara malum.
Qua bona sunt optes metuas lædentia, sed qua
Fors feret hac prompto Pectore ferre decet.
Nec tantum ob Veneris conjunx tibi contigit usum.
Est firmamentum præsidiumq; domus;
Sola virum densis dum squalent omnia nimbis
Adjutat, generis perpetuatq; decus.
Virginis ad spectu juveni jucundius est nil:
Hæc est cui tutò fidere cuncta potes.
Sed cavene lectum scandant fulmenta, feroci
Conjuge nil peius totus hic orbis habet,
Nec fac imperium tecum tua dividat, uxor,
Ut noctes regnes, regnet ad illa dies:
Inverso præherent sic ordine plaustra caballos,
Tu caput esto illi, Cor sit at illa tibi.
Tu tibi lumen diem, noctem regat illa, dies
Cynthius arbitrium Cynthia noctis habet.
Et quia principio verba hæc ducuntur ab uno
Tu regere hanc semper, te gerere illa velit.
Cur te bullati moveat vesania Patris?
Non hominis potior sit tibi cura DEI,
Incestans multos castus vult Papa videri,
Dixerit hac Satanam quis ratione bonum.
Nubere cum possis, potius cur eligis uri?
Quod sanctos decuit cur tibi turpe putas?

C

Ut

Ut te cum multis passim inclinare potes sis
Decipis hac plebem religione rudem.
Quod licitum fugis, illicitum committis, abundè
Constat quam castè vita sit acta tibi.
O utinam tunc cum Gregorius ista volebat,
Obrutus insans protinus esset aquis.
Non vitæ ex hæres factus Conrade fuisses
Nesciret mæstos te sine Basfa dies
SALICHI melior finxit tua pectora Titan.
Dum concessa tibi gaudia castus adis.
Et petis amplexus quales Deus approbat; *ille*
Vult homines unâ vivere carne duos.
Cum non visa mihi cujus sit Sponsa coloris,
Ergo tibi cur hic vanus aduler ego?
Margaris est, cedat levè suspicio mentis,
Hæc fiet cordi certâ medela tuo.
Desino nugacis vulgi dissolvere nodos
Firmentare quibus vincula sancta solet:
Et quia Vigineam Promnestria solverè Zonam
Instituit, chartæ plus lutulate piget.
Fundo preces quo te felicem Jova gubernet
Sitq; sequax monitis gemmula, sitq; ferax.

A N N O

ConIVglVM DeVs sospitet!

JOACHIMUS POMARIUS,
Magdeburgensis.

X. Dum

X.

Dum tuares voti est, Frater, non desero Feres
Felicem votis posco sed esse torum, (trē,
Sit tibi multiplici cum fœnore sortis & artis
Gratia conjugij grata diuq; rata;
Sint thalami postes & robor a firma quaterna
Optima Fertilitas, Pax, Amor & Bonitas.
Sub thalamo fundus Fortuna sit una, sit alma,
Nec Fortuna velit dicier illa tibi.
Sit supra thalamum Benedictio, quam tibi cœli
Annuit invictō numine ab arce Deus.
Grex sacer aligerum præcordia lumine lustrans
Sit circa thalamum plenus & igne sacro;
Sint intra thalamum longa mera gaudia Vita,
Sint juxta thalamum pignora crebra tuum.
Post thalamum superi quoq; sit communio cœli,
Cumq; tuo thalamo gratia multa pio.
Hac si contigerint undena ex munere Jovæ,
Minera conjugij fœnora mille feres
Hoc votum pariter solerte noëmate claudo
Cui bene vult, seros, dat Deus ipse Dies.

Gratulatur Sponsi Frater

CHRISTIANVS SALICHIUS
Magdeburgensis

C 2

S 12

S Alich i venerande quem novenis
 Vinculis ^{λευκορέη} ligavit olim
 Mufarum & Charitum decora tur
 Æternum voluit sibi dicare (ba
 Qui fit? tam subito quod ad capi-
 lam tendis Veneris? Quid ex soluta
 Libertate ruis, tuæq; Nymphæ
 Vis servire? Quid est torus? quid ipsæ
 Tædæ conjugij? Nihil profecto
 Quam sentina malis referta, quod jam
 Mundus clamitat, & sacrata verbi
 Dij lemmata non negant; levatur
 Mox ex ædibus uxor, aut acuto
 Morbo corripitur tenellus infans
 Aut jam serva jacet vel ipse servus
 Languet, non mihi si vel ora centum
 Et linguas gererem, citare possem
 Turhas omnigenas tori jugalis.
 Verum non adeo gemit periculis,
 Ut fortasse putant homunciones,
 Qui distinguere nesciunt lupinis
 Æs, conjunctio conjugalis, ipse
 Iho va hîc excubias agit, quid ergo?
 Infinita ruat seges malorum
 An tu propterea jugale vinculum.

Da-

Damnabis? veluti pigri Suitæ
Hoc ævo faciunt, quibus nigella
Concubina magis placet, suo sub
Quamvis ventre tegat decem, decora
Quam conjux pietatis omne callens
Punctum. Sed Dominus videt paratq;
Pœnas, quas stygijs luent sub antris.
Salichi melior tibi resedit
Mens dum jam teneram tibi puellam
Iungis quam pietas, decus parentum:
Et modestia singularis ornant,
Ergo gratulor & tibi phaleucos
Incomptos cano, sed tamen faventes,
Et cum fistula sit brevis mihi, sic
Abrumpo melos. O DEVS benigne
Exaudi, tibi quæ propino vota,
Audi & Salichium tuere, Sponsam
Defendas quoq;, quo tuis sub alis
Vivant Nestoreos decenter annos,
Et multos generent sibi nepotes,
Fiat, fiat. & ut volente fiat
Ihovâ, Christe dabis, potens Olympi
Rex cum flamine, cum Satore sancto.

DAVID BANDELOVIUS,

C 3

Ple,

Plectro lyram Thalia, Lyra canente suavis
 Accinge jam sonorā, Melos Anacreontis
 Sed non Catullianam, Nunc audias Lyristen.
 Sed non Maronianam, Quid vult sibi tumultus?
 Sed non Ovidianam, Insultus & triumphus?
 Sed non Horatianam: Quem fert tibi popellus?
 Venustulam, jocosam, An laudat ille nomen?
 Iocosulam, venustam, An verat illud omen
 Modestulam, facetam, Solertiam sagacem,
 Facetulam, modestam, Curamque perspicacem,
 Anacreontis illam, Zelumque inæstuantem,
 Lyram tuo, canoram, Amabilemque zelum,
 Thalia tange plectro. Tinto canitne ovatu!
 Sic ordior favore, Et nexilem Coronam,
 Et maximo labore, Celebritate multā
 Et maximo vigore. Et dignitate multā,
 Favore dico Phæbi, Clamans Thalassionē,
 Favore dico Musæ, Toro tuo sacrato.
 Capitis labore dico, Tantoque jubilatu
 Geni vigore dico, Affert tibi tolutim.
 Donis adaucte multis Nam blandiente sorte,
 Titulis colende cultis Feliciore sorte,
 Magister, & camœnis Amante te cohorte,
 Lepos lubentiarum, Repperitque es medelam
 Et flos decentiarum, Febris ferocioris:
 Decusque Gratiarum Febrem levabit illa,
Ly Te

Te recreabit illa,
Et lucidis corallis
Et gemmeis Metallis:
Immo luis capillis
Rosibellulisq; malis
Et tortulis capillis:
Te recreabit illa,
Illis suis labellis,
Corusculis ocellis,
Corallinis labellis,
Venustulis ocellis,
Hyacinthinis labellis
Blandis colūbe ocellis:
Te recreabit illa
Cudentibus manusculis
Albentibus mamillis,
Arcanulo susurro,
Bellatulo susurro,
Modestulo lepore,
Honestulo sonore,
Dicaci gutterillo
Trahace canticillo,
Facetijsq; scitis,
Et moribus politis.
Hac liberale vitā
Florebis & vigebis,

Nitebis & virebis,
Videbis ut maritam,
Formosulam, maritam,
Locosulam maritam,
Et flosculum maritam,
Et rosculam maritam,
Et corculam maritam,
Hinc inde Musitare,
Audaculo sonore,
Dicaculo canore,
Hinc inde vellicare
Te mutuā auricilla,
Hinc inde basiare
Te mutuo osculillo.
O vos novem sorores
Nymphæ benigniores
Libethrido neglecto
Fonte advenite cunctæ,
Et præparate tædas
Tædas huic Magistro
(Sub flore quem juvētæ
Nutrivit alma Pallas
Parnassijs in antris?
Mecum novas loquelā
Piā, pijsq; votis;
Parens adesto Iova

Ni

Po-

Poli, soli Dynasta
His nuptijs adesto
Aurâ secundiori,
Aurâ salubriori:
Aurâ vehente secum
Vitam suaviorem
Vitam beatiorem
Vitam quietiorem
Vitamq; lætorem:
Vitâ ferente secum
Famam serenioram
Famam celebriorem:
Famâ ferente secum
Fructumq; dulciorem
Fructumq; cultiorem
Fructumq; Masculinū
Fructumq; Fœmininū
Tori pudicioris,
Tori feracioris,
Tori beatoris.
Det lectulo supremus
Qui est ordinis sacrati
Autor, suo favore

Anno sequente primū.
Sequatur hunc secūdus,
Quem tertius sequatur,
Anno sequente quartus
Anno sequente quintus
Anno sequente sextus,
Quē Septimus sequatur
Octavus atq; nonus,
Quos posteri sequantur.
Sic ampliata mensa
Complebitur profectò
Fructusq; Masculino
Fructusq; Fœminino.
Tandemq; te secundet
Feliciterq; servet
Supremus illa Iova
Tot mensibus, tot annis
Tot, mensibus, diebus,
Quod siderum serenis
Nox fulgurat chorbis
Et quot volât per auras
Aves, Nereusq; pisces
Alit fluenti in Albi,
An- Pleno precor tibi ore.

Jacobus Bandelovius.

Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
56

Sik. 18 u. 25 nicht in PICA,
da Hschr. +90


8-14

24 VD 17

10. Aug.
Jul. 01

M







III.
 ENNEAS
 METICA
 SARUM CONSESSU
 correpta
 Principibus ac Dnn.
 ASMIRO
 ARIBERTO
 Comitibus Ascania,
 burgi &c. Dominis
 sismis;
 OLD O Martisp.
 M.
 EDICATORIVM
 N CASIMIRE columna,
 ARIBERTI poli,
 n hac Enneas apcem,
 diosa jacent.
 a fronte
 honore dedi.
 suaviter ANNUS
 s alat.
 ocivo in Januarium
 vi,
 I sine nVbe, VIgebt

an 12

DMCVIII
VII

